

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

De mortificatione appetitus concupiscentis & irascentis. Cap. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

le&tu comple&teris, quam non sapientes catholici & filii Ecclesiae fideles aliquando docuerint.

II. Institutions à tota congregatione probatas magna veneratione suscipes, & quos eas refutare videris, vt monstra & animarum peccata abominaberis.

III. Maiorum decreta nunquam in examen adduces, sed illa, vt à maioribus tradita sunt, simpli- citer intelliges, & vt congrua & viui accommodata, tum operi tuum sensu retinebis.

IV. In rebus ad tuam vitam & mores pertin- entibus, nunquam te ipsum reges, sed aliorum iudi- cio gubernaberis.

V. Res externas alicuius momenti, nunquam sine consilio praeueniente dispones.

VI. Ea que minoris momenti sunt, si nullum sequatur incommodum, potius ex aliorum iudicio, quam ex propria sententia, executioni mandabis.

Scitóque abnegationem proprii iudicij, Deo nostro omnium esse gratissimam; quoniam aliis bestias, id est, sensus & affectus nostros offerimus; hac verò precipuum nostri partem & qua homines sumus, id est, mentem, maestamus.

De Mortificatione Passionum appetitus con- cupiscentis & irascientis.

CAPVT XI.


MNIS turba virtutum animae, tripli or- dine continetur: quorum alter est supremus, memoriam, intelligentiam, voluntatemque comple&tens: alter infi- mus sensus, omnes exteros, & membra corporis apta ad loquoram, & motum continens: tertius medius, appetitum & sensus interiores comprehendens. Hactenus partem supremam & infimam mortificatione compofuimus; nunc verò (ne nihil proteruum relinqueratur) medianam nostram intituamus. Ab appetitu autem inchoandum videtur, quoniam facilis quam vaga cogitatio componitur. Is duplex est, alter concupiscentis, quo tendimus in bonum, vel malum, prosequitione, vel fuga, quatenus absolute bonum, vel malum est: alter irascens, quo tendimus in bonum, vel malum, vt difficile ad obti- nendum, vel difficile ad propulsandum. Duplex hic appetitus, sedes est passionum animae, que sic appellata sunt: quoniam non sine aliqua immutatione corporis, huiusmodi affectus elicuntur, qua corpus aliquid patitur, & pro ratione affectus dominantis aut contrahitur, aut dilatatur. In appetitu concupis- centie sex passiones collocantur, tres circa bonum, tres circa malum. Nam si appetitus hic inclinerit in bonum, quatenus sibi conuenient, resultat amor: si in bonum, vt absens est, & possibile possideri, resultat desiderium: si in bonum, vt praesens & obtentum est, resultat delectatio, qua appetitus in illo bono con- quiescit. Si verò per sensum interiorum proponatur illi malum, vt sibi incommodum, insurgit odium: si malum, vt absens ac futurum, insurgit fuga: si malum, vt praesens, insurgit tristitia. In appetitu irascen- tiae quinque passiones resident, tres circa bonum, duas circa malum. Nam si bonum arduum ac difficile apprehendatur vt possibile, surgit spes obtinendi & au- dacia media applicandi: si apprehendatur vt impossibile, surgit desperatio: si verò malum arduum apprehendatur, vt futurum, elicetur timor, at si praesens consideretur, acceditur ira, qua de eo, qui malum intulit, vitionem sumamus. Sunt igitur affectus, siue

A passiones appetitus undecim: amor, & odium; deside- rium, & fuga; delectatio, & tristitia: spes, audacia, & desperatio; timor, & ira.

Hæ omnes passiones mortificationis spiritu fræ- nandæ sunt, si aliquem progressum in virtute sumus facturi. Illæ enim sunt instar nebulæ, quæ lumen rationis obscurant. Sunt quasi stercora, quæ cor no- strum, tempe lectum Christi, turpant, & Spiritum sanctum, in nobis habitantem, contristant. Sunt compedes, & catena animam in terra detinentes, vt assurgere ad spiritualia & coelestia non possit. Nam animalis homo inquit Paulus, ille scilicet, qui more pecudis suis affectibus regitur, non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. His quidem affectibus minimè per mortificationem cōhibitis, similes bestiis efficiuntur, quas ad commercia prosequenda & incommoda fugienda, non ratio, non virtus, sed appetitus impellit. Nec ideo est à sollicita mortificationis cura cessandum, quod iam sopitæ & compressæ videantur, quia nisi in feruiture redigantur, cum minus cogitemus, nos facient vilitatum terrenarum amatores. Nota est nobis astutorum Gabaonitarum historia: Hi enim se de terra longinqua venire menteantur, & assitudinem simulantes, Israélitas deceperunt, & se si non à feruitute, at à morte liberarunt. Hic est astus nostro- rum affectuum, qui laicos & defecatos se simulant, vt libertatem extorqueant, & nos sub commiserationis specie decipient. Prudens autem Ioseph, id est, iustus, licet eos non interficiat (neq; enim potest) ut non placatur donec illos per mortificationem rationi & virtuti subiicit. Non aliud de affectibus quam de im- manibus feris cogitandum est. Que si in solitudine posita, aut in cauea compeditæ nemini officiunt, non est quia cornibus, & dentibus, & vnguis, & ferritate ceant, sed quia nullus adeſt, in quem sua crudelitate defauiant. Ita prorsus affectus saepe non nocent, quia assida abnegatione & funibus gratia ligantur, & in quadam occasione solitudine vincit tenen- tur. Sed prodat se occasio ligandi, & suavis catena gratia ac nostra cooperationis abscedat, & videbis, quam grauiter fera amoris, aut iræ, aut tristitiae te vulneret. Si ergo monstrorum esset, & prodigio simile, quod homo equo factus similis pedibus & manibus ad terram pronus graderetur, bestia verò illi insideret, frâno & habenis regeret, & calcaribus ad ambulandum instimularet, non minus prodigium est, quod fera passionis rationem post se trahat, & quasi illi insidens, quocumque appeti erit sius furor, impellat. Profecto quoctemcumque passioni seruimus, ordinem naturæ pervertimus, prodigiosam vitam ducimus, & risu lapientum hominum, ac ludibrio Angelorum nos exponimus. Qualis enim est in oculis hominum, inquit Augustinus, qui inuersis pedibus ambulare videtur, talis est in oculis Angelorum, cui propriæ caro dominatur. Si ergo qui inuersis pedibus ambulat, apud homines risum mouet, cur non infamis sit apud Angelos, qui pedibus, id est, affectibus, rationem supponit?

His etiam affectibus saepissime vulneram, & plagiis delictorum impositis vix semiuiti relinquimus. Nonne amor vulnerat mentem, si ad vilia diligenda trahat? Nonne odium, si fratrem è corde propellat? Nonne tristitia, si feruorem spiritus contra- hat? Nonne ira, si rationem obscurans vitionis desiderium accendat? Hæc & similia vulnera vita- mus, cum affectus & concupiscentias cohibemus. Vnde pulchre Dorotheus: Subiiciam, inquit, vo- bis similitudem, cuius potissimum similis sit, qui passionem exercet & vlcscitur. Homini puto similem sagittam ab hoste percussa: qui sagittam

1. Cor. 2.
14.

Io/ue 9.
5.

Aug.

Doreth.
dct. 10.
in fine.

Psal. 36.
15.Iob 24.
12.
Psal. 87.
6.Pro. 7.
26.Apoc. 14.
11.Aug. 1.
cōf. c. 12.Ambr. 1.
offic. c. 36.

fuis manibus arripiens, cordi proprio infigit. Qui verò passionem comprimit, similis est perculo quidem sagittā ab hoste, sed nusquam vulnerat ob thoracem, quem induit. Qui autem eradicat, & euellit passionem, similis est perculo quidem, sed sagittas arreptas manibus confingenti, aut illas in hostis cor detorquenti; ut canitur in psalmo: Gladius eorum intrer in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Sic ille. Affectus itaque, si comprimantur, non obsonit, at si non cohibeantur, gladij & sagittæ sunt, quæ miseram mentem transfigunt. Nam & deo peccatores in factis scripturis vulnerati appellantur. Et Iob ait: Anima vulneratorum clamat, & Deus in ultum abire non patitur. Sanctus verò David: Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. Et Salomon de meretrice ait: quia multos vulneratos deiecit, & fortissimi quique interficiunt ab ea. Istos omnes aduerterat iprorum, nempe dæmones & peccata vulnerauit, sed non alii telis, quam propriis eorum affectibus, vulnera ac plagas intulerunt. Mentes hominum, horum affectuum mœtri confudit, & ex apertis vulneribus omnis iniquitatis sanguinem elicit. Hoc sanguine infecti ac fædati sunt, quem lacrymis & contritione cordis debent extergere, si cupiunt ad mundiciam pertransire. Quod si vulnera dolor comitat, non carent illi graui dolore, quos passionum tela transfigunt. Immò affectus immoderatus inuolutus est graui dolore, quem terrena amantes aut cupientes, & que fugienda non essent, fugientes & auersantes, sentiunt. Soli isti sunt, qui nunquam tranquillitatem obtinent, qui querimoniis & clamoribus aures suorum fratrum replent, quibus dolorem ab immoderata passione factum manifestè testantur. Ostenditque id Ioannes, dicens in Apocalypsi: Nec habent requiem die, ac nocte, qui adorant bestiam & imaginem eius. Adorant bestiam, qui fuæ carni deseruunt: venerantur verò eius imaginem, qui eius cupiditatibus obsequuntur. Et hi in quadam inquietudine perpetua versantur, quoniam dolor à propriis affectibus excitatus, non finit eos in aliquo loco quietè consistere. Ad hoc etiam facit dictum Augustini: Iussisti Domine, & sic est, vt pœna sua sibi sit omnis inordinatus animus: nam passionum inordinatio non potest non dolorem aciem & pœnam infligere.

Omnis ergo nostra fortitudo in hoc ponenda est, vt passiones nostras vincamus, neque earum ictibus vulneremur. Neque enim fortis putandus est, qui corporis viribus pollet; nam sic leones, & pantheræ, & elephantes (quos quia ratio non decorat, nec virtus fortitudinis afficit,) essent hominibus fortiores, sed qui mentis virtute præminent. Neque actionem fortitudinis præstat, qui sibi malum afferentes proterit, sed qui malum illum patienter æquanimiterque sustentat. Vnde Ambrosius: Et re vera, inquit, ea iure fortitudo vocatur, quando vñusquisque scipium vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur arque inflectitur, non aduersus perturbatur, non exollitur secundis, & quasi vento quodam variarum rerum, circumfertur mutatione. Quid autem excelsius & magnificenter, quam exercere mentem, afficere carnem, & in seruitutem redigere, vt obediat imperio, consilii obtemperet, & in adeundis laboribus impigre exequatur propositum animi ac voluntatem? Hæc ille. Ista pulcherrima fortitudo nos induat, que Joseph Patriarcham ornauit, cum fugiendo heram, vulnus turpitudinis depulit. Hæ-

A nos protegat, quæ Dauidem regem glorioissimum fecit, qui non tantam gloriā hostium victoris, quam Saulis, quem occidere potuit, dimissione conquiuit. Hæc nos tueatur, quæ Iobum hominibus admirabilem præstvit, qui in tantis miseriis tolerantiam habens, & tot calamitates patienter sustinens, dignus quia Deo ipso laudaretur, apparuit. Hac autem circumiecti non aduersus alios hostes, quam aduersus affectus nostros, depugnemus, quibus victis, reliquos, qui nos infestant, proculcamus. Horum victoris beatitudo est, sicut ab illis vinci, extrema miseria. Egregie enim Beatus Ephraem ait: Ille verè diuinus est Philosophus, qui omni tempore praus suis concupiscentiis resistit. Nam qui in solo nomine sapientiae sibi blanditur, & gloriatur, propriisque sibi concupiscentias non subicit, insipies hic proutus, ac stultus reputabitur, quod de tam modicis passionibus ipse inquietari, atque torqueri velit. Hæc ille. Si autem veram philosophiam, sive veram sapientiam ex veri cognitione, & boni actione compositam, vera beatitudo subsequitur, quid nisi æterna felicitatis premium sperabit, qui vtrectum agat, suis affectibus per abnegationem modum imponit? E contrà verò, qui passionibus sui cordis subicitur, non premium sed pœnam prophanorum speret, quibus vita & conuerstatione contentit. Vt enim Gregorius latè & pulchre prosequitur, vñusquisque illius membrum est, cuius actiones imitantur. Et inuidus atque superbus diabolii membrum esse coniunctur, qui [inuidam] diaboli, qua mortis introiit in orbem terrarū, & superbiā, quia [omne sublime videt], & rex est super omnes filios superbiæ, vita & conuerstatione proficitur. Qui ergo cum mundanis passione regitur, & non ratione gubernatur, pars mundi est, & membrum huius saeculi in maligno positi, licet habitu aut statu ad cæsum spiritualium virorum pertineat. Quare mundanorum mercedem, aut potius pœnam, quia immoderatis affectibus obsequutus est, sine dubio suscipiet.

Qui autem hanc prophanorum pœnam effuge, & Sanctorum præmia comparate desiderat, ita aduersus suas passiones pugnet, vt in impugnationis initio, & cum primum aduersus virtutem insurgunt, eas omni conatu cohibeat. Facilius enim est, inquit Seneca, initia affectuum prohibere, quam impetum regere. Facile sanè est, passionem incipientem acde novo insurgentem vincere, difficile verò eandem passionem iam roboratum profligare. Quod non obscurè Salomon indicavit, cum dixit: Qui delicate à pueritia nutrit serum suum, postea sentiet cum contumacem. Quis serum nos est? Nonne appetitus noster? Et quis delicate nutrit eum à pueritia? Nonne ille, qui cum appetitu rebellantem aduerit, illius impuros motus refrænare contemnit? Sed iscum sentier contumacem, quia cum postea voluerit illum cohibere, valide repugnare & virtuti resistentem inneniet. Magis autem hanc sententiam confirmat translatio Septuaginta, que sic habet: Qui deliciatu à puerio, famulus erit: nouissime autem dolebit super se. Namque serò malorum pœnitit, inquit Beda, eandem versionem afferens, qui se meminit noluisse in tenera aetate à suis voluptribus ad regulam continere prudentium. Passiones itaque cum prima signa immoderationis ostendunt, statim mortificandæ sunt, & parvula scintilla, cum primum prodicerit, extinguenda, ne in magnum ignem excrescens, omnia, quæ longo tempore adificaueramus, deuafet. Catulus leonis in domum regiam adductus facile dominatur, at magnus leo nulla

Ephram.
ser. ad pie
tatem, bo
ndaque o
pera exer
centes.Greg. 29.
mor. 66.Sapien. 2.
Iob 41.Senec.
epist. 86.P. M. 29.
21.

Pron. 29.

Beda ib.

Doroth.
dell. IV.

vi ad manu factudinem ex sua feritate transferit. Sic omni affectus pululans paruo negotio complicitur, sed postquam nimium excreuerit, difficillime cohobetur. Virgulum etiam puer eradicabit, at proceram arborem nec virrobusus excidet. Idem prorsus euuenit passionum causa: de quo gratum est Beatum Dorotheum disputantem audire: Euclere, ait, possumus vita & passiones nostras, cum tenerae sunt, tanquam arbusta, nec curamus. Quin potius nimius illas obducere, & crescere in nobis, ut perfectam in nobis malitiam & postremam tandem faciant. Aliud estenim, euellere patutam herbam & teneram, quae statim extirpatur, & aliud, magnam arborem eradicare. Otiolus erat quandoque senex magnus cum discipulis suis in hortis, in quibus cypres varia, magna scilicet & parva, creuerant. Imperavit igitur vni ex fratribus senex cypressum euellere, quae cum patra esset & teneta, una manu extirpata est. Postquam iussit aliam ramuseculam euelli, quae non vna, sed ambabus manibus tandem euilla est, tertio, maiorem adhuc prioribus videns senex, & illam imperavit euelli, quae non sine magno labore extraacta est. Quia tam quoque, carteris altiorum, extirpari iussit, quae summo conatu, labore, & sudore vix extirpabatur. Quintam adiecit maximam, quam cum ille conaret euellere, nunquam valuit, sed incassum circa eam laborabat, desudabatque. Quod veredit senex, solum videlicet opus minimè perficere posse, iussit coadiurom accedere, sicque ambo iliam tandem extraerent. Tunc ad omnes conuersus senex ait: Huiuscmodi sunt passiones nostra, fratres: Cum tenerae sunt & parvae, si volumus, facilè illas possumus à nobis extirpare. Quod si eas neglexerimus, obdurecetur illico, quoniam magis obdurantur, eo maiore vi & labore opus erit. His non minus lepidè, quam verè, facilitatem vincendi passiones, cum remissae sunt, & difficultatem eas iam laboratas superandi, depinxit. Quibus nihil addendum est, nisi quod adolescenti aduersis passiones suas fortiter pugnant, & facilè eas comprehendunt, vii autem & lenes, qui in peccatis duruerunt, non desperent, quia cum magno labore, & Sanctorum auxilio affectus suos, licet admodum effrenatos, prosterneant.

Vsus generalis Mortificationis passionum.

Nunc summatis audi, quae passiones moderantur, & te illis superiora facient.

- I. In rem aliquam illicitam ac veritatem, passionem sive prosequitione sive fuga ire non finas.
- II. In ea bona, quae superflue quartuntur, aut mala pœna levia, quæ fine necessitate vitantur, affectum moueri, quantum valueris, ne permittas.
- III. Bona necessaria quarenda, & mala pœna necessaria propulsanda, moderata & tranquilla querito, & sine vla perturbatione, quantum tibi natura permisum fuerit & à gratia concessum, propulsato.
- IV. Bonis presentibus sine nimia letitia vtere, & malis prementibus patienter & sine nimia tristitia te submette.

Noterisque totam passionum mortificationem aut precipuum eius partem, in interna tranquillitate considerare, qua clamores passionum sedes, motus comprimas, & nec in opus externum, aut in immoderata actionem internam erumpere sinas.

Iacobi Aluarez operum tom. 2.

A - *Quibus mediis passiones appetitus concupiscentis sint cohobenda.*

C A P V T X I I .

RÆTER remedia generalia, quæ pro passionum mortificatione signantur, alia sunt particularia, cuique affectui his passioni congruentia, quæ nunc breuerer referemus. Passionibus autem contraria consequenter medicamenta applicanda sunt, ut & eatum natura & medicamentorum diuersitas magis eluceat.

Immoderati amoris primum remedium est, sensus, præcipue oculos & cogitationem, auocare a re male dilecta, ne bonitas aut pulchritudo in illa apparet, affectum amoris augeat, & peruersum ignem in præcordiis ardente magis accendat. Oculi enim, & alij sensus videntur esse amoris pronubi, qui sensibili perfectionem rei amatae percipientes, eam amplius amandam esse suadent. Cogitatio vero estimatio rei amatae non ab aliquo pietore liberè rem inuenire, sed ab appetitu passionis illigato depicta, quæ vehementius ad amandum mouet, quo pulchritus rem diligendam refert. Protectio de oculis habemus in libro Iudith, quod videns eam Holofernes, caput est in oculis suis. In Genesi vero, quia videntes filii Dei, id est iusti à Setho progeniti, filias hominum, nemepe filias à Caino generatas, non sine indignatione Domini, accepérunt libi uxores ex omnibus, quas elegerant. De cogitatione vero in Proverbiorum legimus: Cogitatio stulti peccatum est, I quia nimis affectus peccati, & opus peccati ab illis sumunt initium. Secundum remedium est, mala disquirere, quæ rematiatam vndeque sepiunt. Nulla enim creatura est, in qua non possint multa repertiri, quæ ciui aut decore, aut amabilitatem immunit. 3. Incommoda examinanda sunt, quæ ex immoderato amore procedunt: quod suspiciones, quot intuidas, quot rixas, & similitates, quot inquietudines, & conscientia rotiones generat perversus amor. Sed præcipue Dei iram prouocat, & hominem peruersus amantem & scipio per verissimum odium alienat. Qui enim diligit iniuriam, vt David ait, odit animam suam.] 4. Fugienda est res amata, & quantum fieri poterit, nec ad conniuctum nec ad loquaciam admittenda, quia ineptam amicitiam sicut conuersatio ligat, ita separatio obliuioque dissoluit.

5. Occupanda est mens alius in rebus, quæ curas ingerant, & memoriam rei amatae dimoueant, omnique desidia vitanda. Nam & Diogenes, apud Laertium, aiebat, Amorem, otiosorum esse negotium. Et quidam alius: Otia si tollas, perierit Cupidinis arcus. 6. Ad eam quæ verè amabilia sunt, vt ad Deum, ad virtutem, ad æternam premia conseruenda est amor, vt bonus amor malum amorem pellar, & mens hominis, illo praestantissimo amore dñata, vilissimo amore reruni creaturarum forcere erubescat.

Odi remedia amoris remediis contraria sunt.

1. Nam & exquirēda sunt bona, quæ rem odio habitam ornant, quorum causa amore digna censeantur.
2. Si ille, quem odio habemus, homo sit, cogitandus est frater à Deo dilectus, ad æternam gloriam præordinatus, & quantum malum est, fratrem auerteri, & cum, quem Deus diligit, & omnes Sancti & Angeli expectant, à nostro amore repellere.
3. Cogendus est animus, vt bona de illo loquatur, vt verbis laudet coram aliis, & reverentia signis honoret. Hæc enim cor oientis leniunt, & inimici quodammodo amante dignum ostendunt.
4. Non est ille à benigno colloquio repellendus, in quo non de his, quæ odium

Judith.
10. 17.
Gen. 6.

Psal. 10.

Laertius
lib. 6.